

A virtutis, (hoc iure putabant rudes adhuc & simplices sine, vt fieri solet) in adulationem presentis potentiae ob beneficia, quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi Reges, cum chari fuissent his, quorum vitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum simulachra fixerunt vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium, progressiveque longius per amorem meriti, defunctorum memoriam colere ceperunt, vt & gratiam referre benemeritis viderentur, & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem, quod Cicero de natura Deorum docet, dicens. Suscepit autem vita hominum confuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in caelum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux hinc Aesculapius, hinc Liber. Et alio loco, atque alio in plerisque ciuitatibus intelligi potest, ac uenturae virtutis gratia: aut quo libentius Recip. causa periculum adiret optimis quifque virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium conferatam. Accesserunt etiam poetae, & compositis ad voluptatem carminibus in caelum eos sustulerunt, sicut faciunt apud Reges etiam malos, panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum a Graecis ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibile est quantas mendaciorum nebulas exciitauerit. Itaque admirati eos, & susceperunt primi sacra eorum & vniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla sic eos increpat.

Εὐλαίης τὸ δὲ σέπαισθαι ἐπὶ τῷ ἀπὸ τοῦ ἰεροῦ, πρὸς τὴν δόξαν ἡδὲ καὶ τὴν τιμὴν τοῦ θεοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο οὐδὲν τοιοῦτον ἐν τῷ κόσμῳ, ὅς τὸ πρὸς τὸν θεὸν ἀγαθὸν εὐλαίᾳ ἀσπασθῆναι:
Gracia qui confidis in viros principes?
Ad quid dona inania mortuis ponis?
Immolas idolis, quis tibi in memem dolorem
Imposuit, vt haec perficias magni Dei ore
Relicto?

VANITAS, ET ENORMITAS.

Hanc suprascriptus Lactantius Firmianus his verbis complectitur. At isti quis Deos asserunt, videat, quomodo respondeant huic argumento, quod inferemus: Si duo sunt sexus.

Deorum, sequitur concubitus: si coeunt, & domos habeant necesse est. Nec enim caret virtute ac pudore, vt hoc promittunt, aut in propatulo faciant, sicut bruta videmus facere animalia. Si domos habeant, consequens est vt & vrbes habeant, & quidem auctore Nafone, qui ait:

Plebis habitata diuersa locis à fronte potentes
Calicula clarique suos possidere penates.

Si habent vrbes, & agros igitur habebunt. Iam quis non videat, quae sequantur: arare illos & colere, quod quidem, victus causa fit: ergo mortales sunt, quod argumentum retro versus idem valet. Si enim agros non habent, ne vrbes quidem: si vrbes non habent, ne domos quidem. Si domib. carent, ergo & concubitus: si concubitus ab his abest, & sexus igitur foemineus: In Diis autem videmus & foeminas esse: ergo dii non sunt. Dissoluat hoc argumentum, si quis potest. Ita enim res sequitur, vt haec vltima necesse sit confiteri. Sed ne quidem illud dissoluerit aliquis: Ex duobus sexibus alter fortior est, alter est infirmior, rubustiores enim mares sunt, foeminae imbecilliores sexus. Hinc additur superioris argumenti extrema illa conclusio, vt Dij non sint, quoniam in Diis & foeminae sunt. Idem lib. 1. c. 16. Diuinarum Insit.

D Merito igitur cum hac à viris non imperitis ac rudibus fiant. Lucretius exclamat:

Ostultas hominum mentes! o pectora caeca!
Qualibus in tenebris vita, quantisque periculis
Deiur hoc cui, quodcumque est!

Quis ludibria non derideat, qui habet aliquid sanitatis, cum videat homines velut mēte captos, ea serio facere, quae si quis uideat in lusu, nimis lasciuus, & ineptus esse uideatur. lib. c. 2.

Harum vanitatem apud Romanos auctor & constitutor Sabinus ille Rex fuit, qui maxime animos hominum rudes atque imperitos nouis superstitionibus implicauit, quod vt faceret aliqua cum auctoritate, simulauit cum Dea Egeria nocturnos se habere congressus. Idem l. 1. c. 22.

Heu miser! qui uana colunt, qui corde sinistro
Religiosa sibi sculpsit simulachra, sumque
Factorem fingunt, & que fecere uerentur.
Quis furor est, quae tanta animas dementia ludit?

Vt uolucrum turpemque bouem torumque draconem,
Semihominemque cauem supplex homo pronus adoret.
Atq; alij Solem caecatis membris acti
Affirmant rerum esse patrem, quia rite uidentur
Clara serenatis vsfundere lumina terris.
Et rotum lustrare potum, cum constet ab istis
Montibus instabilem rapidis de cursibus ignem
Officium non esse Dei. Sedulius.

Est autem idololatria grauissimum peccatum, inter ea quae contra Religionem admittuntur. Imo omnium omnino grauissimum S. T. om. cen. set supra art. 3. Malitia illius consistit in hoc, quod honor soli Deo debitus, detur alicui creaturae quod est peculiare quoddam crimen laesae maiestatis diuinae. Legatur. Ioan. Malderus loco allegato, & ibid. Leon. Lessius.

IDOLOLATRARVM.

EXEMPLA SCRIPTURAE.

Videns populus, quoddam moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus omnis populus aduersus Aaron, dixit: Fac nobis Deos qui nos praecedant. Qui fecit vitulum conflatilem. Exod. 32.

Fornicatus est, populus filiorum Israel cum filiabus Moab quae uocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum. Num. 25.

Mortuo Iosue filio Nun, Filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, & seruiuerunt Baalim & Astaroth, ac dimiserunt Dominum Deum Patrem suorum. Iudic. 2.

Fornicatus est Israel in Ephoth, quod fecerat Gedeon. Et factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Iudic. 8.

Cum iam esset fenex Salomon, deprauauit est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos: nec erat perfectum cor eius. 3. Reg. 11.

Cogitato consilio. Ieroboam fecit duos vitulos aureos, & dixit: Ecce Dij tui Israel qui eduixerunt te de terra Aegypti. 3. Reg. 12.

Aedificauerunt Viri Iuda aras, statuas, & lucos, super omnem collem excelsum, & subtus omnem arborem frondosam. 3. Reg. 14.

Non sufficit Achab Regi Israel, vt ambularet in peccatis Ieroboam, sed insuper seruiuit Baal, & adorauit eum. 3. Reg. 16. Achaz rex Iuda, ambulauit in via Regu Iuda & Israel. Insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem. 4. Reg. 14.

Filij Israel translati de Samaria in Assyrios, fecerunt sibi statuas & lucos, ac postea fecerunt duos vitulos & adorauerunt vniuersam militiam caeli, vnde iratus Dominus abstulit eos a conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda. 4. Reg. 17.

Translati filij Israel in Assyrios collocatae sunt diuersa gentes, in ciuitatibus Samariae, & vnaquaeque fecit Deum suum, & cum Dominum colerent, Diis quoque suis seruebant, iuxta consuetudinem gentium. 4. Reg. 17.

Confusus & vituperatus Sennachib rex Assyriorum reuerfus est in Ninuen ab impugnatione Ezechiae Regis Iuda. Cumque oraret in templo Nefrach Deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius, percusserunt eum gladio, & fugerunt. 4. Reg. 19.

MANASSES Rex Iuda, erexit aras Baal, & adorauit omnem militiam caeli, & coluit eam. 4. Reg. 21.

HOLOFERNES indignatus contra Achior, qui commendauerat potentiam Dei Hebraeorum, dixit quoddam ostenderet ei, quoddam non esset Deus nisi Nabuchodonosor. Iudic. 6.

NABUCHODONOSOR fecit statuam auream, & praecipit, vt omnis populus, tribus linguae cadentes, adorarent eam. Dan. 3. DARIUS Rex Persarum proposuit edictum, quoddam nullus intra triginta dies peteret aliquid a quocumque Deo vel homine, nisi ab ipso Dario Rege. Dan. 6.

Erat idolum in Babylone, quoddam Rex quotidie adorabat, quoddam cum Daniel subuertisset, Babylonij draconem adorauerunt. Dan. 14.

ANTI OCHVS iussit adorari idola, aedificari aras & templa, & immolari carnes suillas, & relinquere filios suos incircumcisos. 1. Mac. 1.

Cum Paulus maneret Athenis, incandescibat spiritus eius in ipso, cum videret simulachrorum cultui deditam ciuitatem. Act. 17.

* IDOLORVM quorum meminere sacra BIBLIA, Catalogus, in gratiam Lectoris adiectus superioribus exemplis, vt constet, quanta veteris populi vanitas, & superstitio in hac vanitate fuerit.